

DCXCIII. Quemadmodum societas pacto, vel lege
natur, ita iisdem modis cessat, si nimurum definat
legis et obligationis ratio, aut nexus pactius dissol-
vatur.

CAPVT XXV.

De societate coniugali.

DCXCIV. A iure sociali generatim ad examen
specialium societatum transimus, quae quoniam sunt
innumerae, hic non nisi de tribus simplicibus I. *coniugali*, II. *parentali*, III. *herili*, dein IV. de vna,
quae ex his nascitur, *composita*, familiae scilicet, seu
domestica pro instituto nostro agemus; vt postea ciu-
tatis obligations penitus suo tempore intelligi possint.

DCXCV. Intendit sapientissimus naturae Auctor
humani generis conseruationem, idque corporis nostri
structura, et inditi naturales stimuli satis testantur;
quare ad fines ex rerum essentia fluentes, et ad corpo-
ris humani perfectionem, in consensu operationum
cum eius scopo positam, sobolis quoque propagatio
pertinet. Igitur et sobolem procreare obligamur. *v.*
Sene Hyp. v. 478.

DCXCVI. Discimus ab experientia, hancce pro-
creationem fieri aliter non posse, quam a duabus per-
sonis diuersi sexus, eam vero inutilem fore, nisi pro-
les etiam educetur, hoc est: quum ob immaturam
aetatem se ipsam perficere non valeat, ad id idoneas
efficiatur. Qui ergo sobolem tenetur procreare, ei etiam
educandi, et porro voluntatem et vires in hunc finem
cum persona diuersi sexus coniungendi officium in-
cumbit.

DCXCVII. Coniunctio personarum diuersi sexus
procreandae et educandae sobolis causa inita est matri-
monium; qui sunt in matrimonio, *coniuges*, et con-
iuux mas maritus, coniux femina uxor adpellantur.

DCXCVIII.

DCXCVIII. Est igitur matrimonium 1) *status*, iura enim et obligationes peculiares complectitur, 2) *in quo personae in personam ius competit ad firmatum*, ad gignendam scilicet et educandam prolem, 3) *et perfectum*, ex pacto nimis ortum, nec enim ius imperfectum sufficeret, ut *et alterius in vius nostros convertere liceret*; 4) *ad finem communem consequendum*, qui est speciei conservatio. Nullum porro est dubium, **matrimonium esse societatem, eamque licitam honestamque.**

DCXCIX. Quin prima illa naturae sint medium ad humani generis conseruationem ducens, *scoeratio*, et omnis *libido raga*, quae sensuali voluptatem vincere pro fine habet, obligationi naturali et finibus diuinae voluntatis repugnant manifestissimis. Atque inde moralitas concubinatus, prout vel matrimonii vel scortationis induit naturam, determinari debet.

DCC. Matrimonium est societas simplicissima et relata ad totum genus humanum simul sumptum *necessaria*; quatenus vero praecepsum est ad firmatum, quod requirit occasionem, veluti res ad numerosam aliquando sobolem sustentandam, et saepe etiam in coelibatu perfectio huius vniuersi, et diuinae gloriae manifestatio nunc aequa bene, nunc melius quoque obtineri potest, eatenus pro singulis hominibus necessaria dici nequit. Sed et eo sensu, quo cum certa persona consentiente contrahendi debet, pactitia est et *vobuntaria*.

DCCI. Vti coniugum iura, ita obligationes sociales, quae ex ipsa societatis natura et scopo cognoscuntur, sunt eadem; vni porro pro suo arbitrio alterius coniugis actiones determinare non licet. Itaque matrimonium est societas aequalis, nisi alterutra pars speciali pacto, sive expresse, sive tacite, imperium obtineat. Quod enim aiunt, maiorem esse maris dexteritatem et prudentiam, id fallit saepenumero; dein hoc aptitudinem tantum daret imperii, non ius perfectum.

DCCII.

DCCII. Contrahitur matrimonium pacto valido; itaque qui ob mentis defectum, ob aetatem, vel ob corporis impedimentum pacisci, aut procreare solum nequit, eius nuptiae irritae sunt.

DCCIII. Porro qui errore, aut dolo substantiali, et in ipsam personam cadente ad matrimonium inducitur, aut vi iniusta compellitur, ex pacto suo obligatus non est; quin potius illi contra metum inferentem, aut fraudatorem, ius laesi in laudentem competit. Attamen conualeceret coniugium hoc inualidum accidente partis laesae ratihabitione.

DCCIV. Pactum de matrimonio ineundo sunt sponsalia; fluit igitur ex doctrina pactorum I. ut sponsalia promissionem efficaciter acceptatam requirant, hinc ex tractatu praeparatorio, aut consensu ambiguo, aut sponsalitia largitate non nascantur; II. ut pure, vel conditionate, expresse, vel tacite, per se, vel per procuratorem celebrari possint.

DCCV. III. Ut si iam coniugatus promittat sponsalia, aut aliis, qui pacto implendo par non est, nullam obligationem producant; IV. ut sponsalia priora posterioribus derogent etiam iuratis, et quidem prae-scindendo a iure positivo, licet his nuptiae iam accesserint; V. ut denique sponsus et sponsa perfecte obligentur inire nuptias, et ad id cogi possint etiam inuiti, vel saltem ad poenam, ne matrimonia prorsus coacta infaustos exitus fortiantur. VI. Ait recedere licet a sponsalibus, repudium dare, iis ex causis, ex quibus aliud pactum, et speciatim pactum sociale dissoluitur.

DCCVI. Societas coniugalis, si inter duas tantum personas inearur, est Monogamia, si inter plures simul, Polygamia simultanea; haec vero, si vir plures habet uxores, Polygynæcia, si vxor plures viros, Polyandria dicitur.

DCCVII. Polyandriam simultaneam ipsi legi naturali repugnare inde satis evincitur, quia incertus foret

foret pater, et naturalis deesset ad educandum stimulus; dum quum femina, non nisi ex uno mare conceperem voleat, reliquae coniunctiones omnes nullo bono fine honestari possent, sed essent libido vaga; quod ipsum in promiscua cohabitatione obtinet.

DCCVIII. De Polygynacia maior est disputatio. Nam et vir ex pluribus simul uxoribus prolem procreare, et proles tamen certa esse, hinc finis matrimonii impleri adhuc potest. Porro et sanctos viros in antiquo Testamento plures simul feminas duxisse notum est, Deo id plene permittente; quod non accidisset, si polygynacia iuri naturali, quod immutabile est, profus repagnaret.

DCCIX. Quia tamen tales plerumque obueniunt circumstantiae, ut et pax domi et procreatio liberorum, et educatio difficilior reddatur, immo idem fere marium et feminarum numerus in lucem veniat, eam legi naturali *hypotheticae* contradicere facile largimur, v. Matth. XIX. et I. Cor. V. II. 12.

DCCX. Quidquid ad procreationem sibi solis necessarium est, et quod maritus et uxor specialiter pacti sunt, id coniugalis officii est mensura. Igitur obligamus coniuges simul coabitare, rem familiarem et domestica negotia communiter gerere, ab omni commixtione cum persona extranea, seu ab adulterio abhorre.

DCCXI. Tenentur proin matrimonii simul ferre onera, victum, amictum et habitationem, siue *alimenta* liberis coniunctim praestare. Quia vero specialis in hac societate persona eligitur, haec obligatio est mere personalis, quae nimis ali cedi, aut transmitti nullo modo potest.

DCCXII. Praeter facultatem physicam in nuptiis etiam facultas moralis attendi debet, quae an sit inter omnes personas sanguine coniunctas, disputatur. Est autem consanguinitas *connexio personarum, quatenus a communis causa, secundum procreatorem et stipite descendunt;*

orta,

orta, quae si ex maribus profluat, *Agnatio*, si ex feminis, *Cognatio* in specie dicitur.

DCCXIII. Causa rei proxima est vel remota. Ita si *A* ponat *B* et ex hoc veniat *C* quod sit iterum causa *D*, tunc *D* causam proximam seu in gradu primo habet in *C*, remotam in gradu secundo in *B*, et in gradu tertio in *A*. Quilibet igitur actus causandi dat determinatum connexionis gradum, vnde nata regula: *quot sunt gradus causandi, tot sunt gradus connexionis in serie causarum effientium atque effectuum, siue tot sunt conjanguinitatis gradus, quot sunt generationes.*

DCCXIV. Series personarum ab eodem stipite descendentium dicitur *Linea*, et quidem *recta*, si contineat personas, quarum una alteram genuit, secus *collateralis*, seu *obliqua*.

DCCXV. Est porro *linea recta ascendens*, si ad genites, patrem, *uuum*, *proauum*, *abauum*, *atauum*, *tritauum*, maiores: *descendens*, si ad genitos, filium, nepotem, *pronepotem*, *abnepotem*, *atnepotem*, *trinepotem*, posteros respiciatur. Itaque in linea recta ita sit graduum computatio, ut *tot sint gradus, quot personae una denta*.

DCCXVI. In linea collaterali sunt personae, quae a communi quidem stipite descendunt, sed quarum una alteram non procreavit. Ut igitur a latere iunctos concipiamus; duae assumi debent lineae rectae in communem adsurgentem stipitem, et ad se inuicem relatae: haec vero sunt *aequales*, si in uno latere idem adsit graduum numerus, ac in altero, *inaequales*, si numerus ille graduum sit diuersus.

DCCXVII. Quum res diuersae signis etiam diuersis sint experimenda, ideo effectus proximi procreantium *fratres et sorores* se inuicem adpellant; vnde *fratris* vel *sororis filius*, *nepos*, *pronepos &c.*, *frattis* et *sororis filia*, *neptis*, *pronepitis* oriuntur.

DCCXVIII. Duplex autem est ratio gradus compu-

pntandi in linea obliqua; vel enim retinetur prior regula, vt tot sint gradus, quot in ambabus lineis sunt personae una denta, vel vero quoniam collaterales ideo tantum sibi sunt connexi, quia communem habent stipitem, unicum potius erit considerandum latus, vt nimis a latere iuncti, eodem gradu sint inter se consanguinei, quo vel uterque in linea aequali, vel remotior in linea inaequali distat a communis stipite.

DCCXIX. Necessitudo inter coniugem unum, et alterius coniugis consanguineos est adfinitas, in eo fundata, quod, quum coniuges connexi sint, etiam alterutrius coniugis propinquai cum altero coniuge connexi videantur; ita quidem, vt quo gradu quis vni coniugi est consanguineus, eodem gradu sit alteri adfinitis; quapropter inter consanguineos mariti, et consanguineos vxoris nulla est adfinitas.

DCCXX. Matrimonia cognatorum in linea recta ideo a plerisque damnari solent, quod pudorem naturalem ubique gentium incutiunt, dein adfinitatum diffusionem inhibent, et ob aetatis disparitatem, sterilitati et malae procreationi sunt obnoxia.

DCCXXI. Magis vero ostenditur eorum turpitudo, si cogitemus amorem coniugalem sine certa quadam coniugum aequalitate atque ingenuitate mutua consistere non posse, quibus tamen consueta parentum auctoritas et naturale imperium magnopere aduersatur; praecipue vero quod filialis reverentia et subiectio per tales nuptias facillime posset excludi. Earum contractus ergo prohibitus esse debet, siquidem legis naturalis et immutabilis violandae apertam occasionem suppeditat.

DCCXXII. Haec ratio non obtinet pro ceteris consanguineis in linea obliqua; dubitare porro non licet, quin inspecta sola naturae lege valida sint eorum connubia; quum tamen perpetua harum personarum familiaritas et conseruatio dishonestas consuetudines
gignere

gignere posset, si sperarentur nuptiae: sufficiens adest
fundamentum, cur grauiter illae interdicantur.

DCCXXIII. Societas coniugum in se est necessaria, et sola personae determinatio a voluntate contrahentium pendet; igitur eius dissolutio solo coniugum dissensu semper fieri nequit. Quin quum ambo educare liberos naturaliter teneantur, et munuum sibi adiutorium praestare, quod sine constanti amoris et amicitiae vinculo foret exignum, atque ingratissimum, naturale est, ut societas coniugalis individuam vitae consuetudinem contineat. *L. I. II. de R. N.*

DCCXXIV. Enimvero tales saepe obueniunt circumstantiae, in quibus diuortium, quoad vinculum, hoc est, dissolutio matrimonialis societatis viuis coniugibus facta nec procreationi, nec educationi repugnat; veluti si alterutra pars sterilis esset, aut liberi vel mortui forent, vel iam educati, aut si ob violatam fidem coniugalem, vel morum crudelitatem, nullam sperare liceret conciliationem, et tunc ex solorationis lumine haud adparet causa, omnimodum dissolutionem denegandi. *

* Dicendum hic de legibus diuinis positivis:

- I. *De vitanda polygynicia.* Gen. I. 27. et II. 24.
- II. *De gradibus vetitis matrimonii* Lexit XVIII. 6. et 24.
- III. *De diuortio.* Gen. II. 24. I. Corinth. VII. 13. Math. V. 32. XIX. 9.
- IV. *De imperio mariti in uxorem.* Gen. III. 16

CAP VT XXVI.

De societate parentum et liberorum.

DCCXXV. Nisi spem eventus fallat, societatem coniugalem consequuntur liberi, qui homines sunt,
L 2 hinc